Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

quippe fuerat seuus ille persecutor. et uiuere ceperat.
predicator piius. Si enim ipse esset; profecto piius non esset. Si qui
se uiuere denegat dicat. unde e. quod sca uerba predicationis ueritatis clamat. Protinus subdit. Viuit uero in me
xpc. Ac si aperte dicat. Ego quidem a memetipso extinctus
sum. quia carnaliter non uiuo. sed tamen essentialiter mortuus non sum. quia in xpo spiritaliter uiuo. Vbi ergo ueritas
dicat. Si quis uult post me uenire. abneget semetipsum.
Qua nisi quis a semetipso deficiat. ad eum qui sup ipsum est
non adpropinquat. nec ualet apprehendere quod ultra ipsum est.
si nesciens mactare quod e. Sic olerum plantae transponuntur
ut proficiant. atque ut ita dixerim. eradicantur ut crescant.
Sic rerum semina interae admixtione deficiunt. et in
creatione sui generis uberius assurgunt. Vnde enim uidentur predidisse quod erant. inde incipiunt apparere quod
non erant. Sed ia quise auctius abnegant. exquirende sunt
eius uirtutes. inquibus crescat. Iam cum dictum est qui
uult post me uenire abneget semetipsum; protinus ad
dit. Tollat crucem suam cotidie et sequatur me. Duobus et
enim modis crux tollitur. cum aut per abstinentiam afficitur corpus.
aut per compassionem proximi affligitur animus. Pensemus qua
liter utroque modo paulus crucem suam tulerat. qui dicebat.
Castigo corpus meum et in seruitutem redigo. ne forte alius
predicans. ipse reprobus efficiar. Ecce in afflictione corporis
audiuimus crucem carnis. audiamus nunc in compassione
proximi crucem mentis. Ait. Quis infirmatur et ego non infirmor.
Quis scandalizatur et ego non uror. Perfectus quippe pre